

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

bant intorsum, ex eodem & vela & calceos. *Herodot.*
lib. 2. Calceis his soli utebantur Sacerdotes, ut *Aristides* scribit. Inferiorem partem cubiti longitudine & vendere & comedere solebant, eximia quadam suavitate cum in furno torrentur. Primus hic Ægyptiis cibus, hinc originis Index fasciculi, papyracei pictura. *Dalechamp ad lib. 13. Plin. c. 11.*

CAPUT XXXV. DE QUERCU, RHABAR-

baro, Rapo & Rore Solis.

IN Mauritania *Quercus* oblongam ferunt glandem, sapore dulciore, & delicatiore, quam *Castanea*. *Scalig. exerc. 181. s. 26.* Littoris sinus Pucici tractus saevis est, bituminosis glebis. Adnascuntur illis pallidæ arbustulæ, vix ad pedis altitudinem. *Quercus* eis & buxi species, sed sine radice. Vedit *Scaliger* enodem & rectam pedum septuaginta quinque longitudine. Triginta pro illa offerebantur Coronati. *Scalig. exerc. 166.* Paulo supra Cauchos ingentes ad littora lacuum duorum fuisse memorat *Plin. lib. 16. cap. 1.* quæ suffosse fluctibus aut propulsæ flatibus vastas complexu radicum Insulas secum auferebant; atque ita libratae stantes navigabant, ingentium ramorum armamentis. Sæpe territis classibus Romanis, cum velut industria fluctibus agerentur, in proras stantium noctu. In Thuringio agro nunquam folia demittebat una, ante medium nunquam germinabat a statere. *Rhabarbarum* in sola provenit China, inde per Vsbechen in Turciam, hinc Venetas transfertur. Insignes ejus vites commemorantur, & hydroponi adfertur exemplum; qui cum in summo fuisse periculo, Rhabarbari fortuito usu, non tantum a morbo liberatus est, sed etiam ad primum pervenit senium. *Adolphus Occo in Scoltii Epist.* Inflixerat eidem lethale servus vulnus post morbum, & quarto vel septimo die moriturum sperabant Chyrgi: Convaluit, & quod evaserit, Rhabarbari usui post

220 A D M I R A N D A

Deum adscripsit. De eo ita paucis quidam. *Camerar.*
Cent. 8. in 51.

*— Calfacit & siccatur, stringit Rhababarum & alvum
 Solvit, & est Pueris, Gravidis, benedicta medela,
 Visceraque obstructa hoc aperit, Bilem & Pituitam
 Purgat, tum stomachi vitiis, emendat & Epar,
 Sanguis & ex illo fit clarus, sputacruenta,
 Sistit, dejectosque juvat, ruptisque medetur,
 Et Dysenteriis confert.*

*Ex parvo Rhabarbari semine, tribus mensibus tam
 magna gignitur radix, ut quibusdam in locis centenas
 pendas libras. Mathiol. in l. 2. c. 104. Rapa libratum
 triginta pondere in Ananieni agro saepius vidi Mathiolus. Quæ aestate seruntur, ab erucarum vindicantur
 injuria, commissa fationis tempore semini fuligine,
 aut majoris sedi succo per noctem macerato semine.
 Experientia comprobatum habet Columella. Prope Harleum anno 1585 erutum, humanam manum
 cum unguibus & distinctissimis digitorum lineamentis obtinens. Picturam Leida apud Cl. Baudarcium vi-
 dimus. Ros Solis & Rorella, qua veluti stellæ alicuius
 jubare sub Sole fulget, à mirabili natura nominatio-
 nem adepta est. Nam quantumvis diu Sol fervidus a-
 state eam illustret, ejus tamen folia semper rora & hu-
 miditate madent, eorumque lanugo guttulis aspersa
 manet, & quod admiratione dignum, quod humidum illud in foliorum acetabulis contentum ubi ex-
 tremis digitis leviter attingitur, dum adhuc natali suo
 solo inhærens, aut confessim inde evulsa & Solis ra-
 dios experitur, mox velut in exigua filamenta sericea
 aut candiuscula deducitur, quæ confessim concreta,
 ita postea semper perdurant. *Camerar. Cent. 8. memora-
 bil. 98.**

CAPUT